Matrimonial 7. 107

DECISIO CVRIAE ECCLEsiasticæ Archiepiscopatus Granaten.

IN CAVSA MATRIMOniali clandestinè celebrata.

CORAM IOANNE Palatio, Doctore Theologo, ac Iurisconsulto, Officiali, Vicario Generali, ac eiusdem Archiepiscopatus Gubernatore.

Die 6. Decemb. Ann. 1632.

GRANATAE.

Apud Martinum Ferdinandez Zambrano, Anno Domini 1632.

DIXI matrimonium, quo de agimus, non præmissis denũtiationibus, sine ordinarij licentia, coram Parocho, & testibus Clandestinè celebratum, nullum.
1 Quòd fieri nequeat, nec celebrari validum sine consensu; cõsensus, enim necessarius est necessitate Sacramenti, vt Theologorũ est terminus, cap. 1. c. cum locum, cap. tuæ, cap. cum apud de spons. cap. 1. cum alijs de sponsa. duorum, l. sufficit 27. quæst. 2. l. nuptias de reg. iur. Concil. Florentin. decreto de matrim. & nouissimè Trid. Sess. 24. cap. 1. Couarr. epit. 2. p. cap. 2. num. 1. Sanchez, de matrim. lib. 2. disp. 25. & 26. nu. 5. Gutierrez, de matrim. c. 46. num. 1. Basilius de Leon, de matrim. lib. 2. cap. 2. à num. 1. & alij communiter.

2 Nec solus sufficit, sed manifestus requirũtur, siue verbis, nutibus, signis, aut alio copiam apto ad consensum internum manifestandum, cap. 1. cap. licet de sponsa. duorum, dict. c. cum locum, dict. cap. tuæ, dict. cap. si inter, de sponsalib. l. cum plures 62. §. locator, ff locati, l. 5. tit. 2. p. 4. Floren. Trid. supra Basil. sup. cap. 8. Sanchez, sup. disp. 31. estque certissimum.

3 Nec sufficit consensus interni manifestatio per verba etiam significantia cõsensum de præsenti; sed requiritur essentialiter, vt ea ita sint á testibus, & Parocho præcepta Trident. supra dict. cap. 1. ibi: *Vbi Parochus, viro, & muliere interrogatis, & earum mutuo consensu intellecto*: iunctis verbis: *Saltem Parocho, &*

 duobus

duobus, vel tribus testibus præsentibus: & alijs eius capitis: *Qui aliter quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit.* Ad quid testes, & Parochum nouiori iure adhibuit, aliter contrahentes inhabilitando, si ipsorum præsentiæ, & verborum perceptioni, ac, iuxta id, quod perceperunt attestationi, nihil amplius, quam iure anteriori dabatur, attribuit? Anteriori enim iure non essentiale quid dabatur; sed solum vt Ecclesiæ constaret, cap. ex parte, de restit. spoliat. dict. cap. tuæ fraternitis, ibi: *Contrahitur per legitimum viri, & mulieris consensum, sed necessaria sunt quantum ad Ecclesiam verba consensum exprimentia de præsenti.* Ad faciliorem nimirum probationem requisitum, l. 4. de fide instrumentorum, l. 4. de pignorib. Cardinalis, in dict. cap. tuæ, Basilius, lib. 2. cap. 1. num. 11. Igitur nunc Tridentino iure contrahentes aliter inhabilitando, non ad faciliorē solum probationem, sed vt eorum attestatio essentiam huius contractus Sacramenti, vel saltem requisitum sine quo non, aggrederetur.

4 Ex quo infero quid nouum, & à me huc vsque non visum, quod etiam si verba dixerint de præsenti contrahentes, & ea non audierint testes; sed alia omninò contraria perceperint, & in sui dicti examine deposuerint, quibus innitens iudex omninò tenetur matrimonium in foro externo pronuntiare nullum: nullum esse etiam in foro interno; quòd

deficiat

deficiat forma, vel requisitum sine quo non; nimirum verborum perceptio â testibus, quę verè con-
5 sensum internum manifestent. Quò fit aliud mirum & nouum saltem à me non visum, quod nunquam dabitur matrimonium validum in foro interno; nullum in externo pronuntiatum testium dictis rectè innittendo.

6 Licet certam verbum formulam, ac indiuiduam in efficiendo hoc contractu Sacramento non habeamus: certum tamèm habemus verba, quibus efficitur, consensum debere exprimere de præsenti, dict. cap. tuę, dict. cap. 1. Triden. Non summenda, & intelligenda secundùm vnius, aut alterius intelligendi modum; sed secundùm communem verborum intelligentiam, cogendusque erit vterque in eo sensu verba retinere, quem communiter rectè intelligentibus generare solent, cap. ex literis el primero, cap. tua nos, cap. si inter virum, de sponsalib. cap. licet de spons. duorum, Sanchez, lib. 1. cap. 18. num. 4.
7 Gutierrez, cap. 3. numer. 14. Quare matrimonij valor, quoties verum, hoc est per verba contractũ, ex verbis, quibus solùm attendendum, diiudicandus est, dict. cap. tuæ, dict. cap. tua nos, dict. cap. consultationi, dict. cap. si inter, de sponsalib. cap. 1. dict.
8 cap. licet de sponf. duorum. Etenim quamquam non cùm illis sentiã existimantibus in loqui valétibus verba essentialiter requiri: quos referunt Sanchez, lib. 2. disput. 31. num. 2. Basil. lib. 2. cap. 7. nu. 3. existimo semel matrimonium per verba celebratũ

per ea sola probari, eorumque solo significato, vt est dictum num. 6. esse attendendum dict. decreto Cōcilij Florentini, ibi: *Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus*; verbum enim *regulariter*, nequit referri ad consensum, nam hic necessarius est necessitate Sacramenti, vt num. 1. fundatur: refertur igitur ad verba, quòd suppleri soleant nutibus, signis, coniecturis vè; matrimonio presumpto præsumptione consensum de præsenti inducente validè celebrādo apertam viam relinquendo; quotiês aut non erunt contrahentes loqui valentes; aut si fuerint, nullum voluerint, aut potuerint proferre verbum. Regulariter etiam per verba effici matrimonium affirmat; quia regulare & magis naturale est loqui, & per verba consensum exprimi, quam per alia quęcunque. Nam licet vultus, tacitus mentis sermo, & animi sensus dicatur. Cic. in Pisonem, Robert. 2. sentent. 23. Oculi etiam animi indices, ac animi speculum, vt ex Alex. Andr. Laurent. lib. 1. hist. anotom. cap. 13. sermo vero index animi, morumque fidelis haud dubiè testis, vt Marcell. Palingen. lib. 1. Zodiaci vitæ; fidesque consensus, túnc quando corde, & ore consentiunt, Augustinus, cap. 1. de spons. duorum, ex sermone enim illuminatur veritas, l. de minore, §. penult. ff. de quæstionibus. Oratio enim pictura animi, eiusdem interpres, & quasi color quidam morum; certissimum cordis speculum Casiod. 6. epist. 9. lingua denique cordis præco. Anton. de Gueuara, Horol.

prin.

prin. lib. 1. cap.33. Illiger. ad Donel. lib.8. cap. 10. lit. G. Quibus concluditur verbis prolatis prius standũ: eis verò deficientibus, ad nutus, signa, præsumptiones aliaque consensum significantia, tanquam animi remotiora indicia recurrendum: cõprobaturq; apertissimê ex iuribus in quibus præsumitur per ea matrimonium omninò, & in omni casu deficientibus verbis, dict. cap. tuæ, cap. ad id, cap. is qui, cap. per tuas, cap. illud, & similibus: Nec casus est in iure dandus in quo ad signa & præsumptiones recurratur, verbis à contrahentibus apertê prolatis. Hocq; dictat ratio ipsa, & iuris regula nota: tùnc enim iura ad pręsumptiones recurrunt, quando non sunt verba, & si sint, ea certa non sunt, in re enim certa nullus est coniecturæ locus, l. continuus 137. §. cum ita, in fin. ff. de verb. obligat. Gratianus, discept. tom. 5. cap. 824. num. 10. Nec verisimilitudo admittenda, l. 2. C. de in integ. restit. l. 1. C. si aduersus quos in integ. restit. non poss. Donell. com. iur. lib. 21. cap. 11. lit. D. Quoties igitur de præsumpto agitur matrimonio, præsumptionibus; quoties de vero verbis contracto, verbis probandum, Basilius, lib. 2. cap. 7. num. 11. omninò videndus.

9 Quibus, si scitè perpendantur, non est in nostro casu dubitationi locus, verba enim quibus cõtractũ dicitur matrimoniũ cõsensus interni manifestatiua, hæc est testiũ contestiũ dictis in processu capiuntur fideliter. *A que viene señor don Iuan: A ver a doña Margarita mi muger: por doña Margarita mi muger: estoy con*

doña

doña Margarita mi muger: estoy con mi marido don Iuan: Hæc enim verba quis non vidit rectè, aut mediocriter intelligés non significare, nec posse significare consensum de præsenti, & fieri actus; sed factum omninò actum, & tempus præteritum, non præsens? Hæc probatione non egent, sed sola verborum inspectione secundùm eorum significationem à rectè intelligentibus communiter acceptam, vt sup. nu. 6. quibus, aut eorum significato, cum nõ de præsumpto; sed veró verbis contracto matrimonio sit nobis casus, omninò attendendum. Nec solum nullum in foro externo tanquam verbis de præterito significãtibus contractum; sed etiam in foro interno, quod defuerit vera forma à testibus, & Parocho non percepta, nec à contrahentibus manifesta ex eleganti Pauli responso, l. 3. de rebus dubijs, in hæc prorumpentis verba: *In ambiguo sermone non vtrumque dicimus; sed id dumtaxat quod volumus. Itaque qui aliud dicit, quam vult; neque id dicit, quod vox significat: quia non vult: neq; id quod vult: quia id non loquitur.* Aurea quidé verba, & ad rem, qua de agimus, maximè notanda, nec nos prætereat loqui Paulum de ambiguo sermone, in certo, quid? Dubium nullum.

10 Nec obstant, quæ pro aduerso sunt dicta, quia ex his quę superius põderauimus satis superque diluũtur. Quibus adde non aliter à significatione verborum recedi oportere, quam cum manifestum est aliud sensisse operantem, l. non aliter 69. de leg. 3. Nec cum habemus claram verborum dispositioné, non

non esse aliter ab ea recedendum, nisi certissimis argumentis constet de contraria mente contrahentiũ, docet Rota, decis. 689. apud Seraphinum, quæ cum in nostro casu deficiant, apertissimaque sint verba contrahentium de præterito significantia, non est cur ab eis recedamus, matrimoniumque nulliter contractum non declaremus.

11 Neque est hic certum argumentum de consensu de præsenti contrahentium; quòd accesserint vnus, aut ambo ad locum, vbi sciebant præsentem Parochum & testes, in quorum præsentia verba in ordine ad contrahendum matrimonium protulere, cum manuum ad inuicem porrectione subsequuta, voce alta testes attentos sibi, ac facto excitantes. Neque id iuuat alterius contrahentis extra hunc actum coram iudice sine alterius cõtrahentis, testium, & Parochi pręsentia, facta confessio de se habito cõsensu de pręsenti tempore eo, quo actũ, de quo agimus, peregerat, verborum relatorum prolatione. Quia non quęlibet verborum prolatio sufficiens & necessaria; sed quæ significat consensum de præsenti, dict. cap. tuæ de spõsal. nec ea sola; sed cum Parochi & testium præsentia attenta, viua, ac eorum verborum significati perceptiua, dict. cap. 1. Trid. Nec similiter quælibet Parochi & testium præsentia sufficiens, & necessaria; sed ea quæ verborum exprimentium consensum de pręsenti á contrahentibus prolatorum est perceptiua, dict. cap. 1. Trid. Aliàs enim si sola ea induceret cõsensum de præsenti, & faceret

ceret quod verba prolata non illum significantia, significarét, etiam illum induceret, si verba hęc proferent contrahentes: Barbara celarent, &c. quod dicere audebit nemo. Nec manuum porrectio quidquam operatur; etenim si ponderetur textus in c. 1. de sponſ. duorum, ibi: *Fides autem conſenſus, eſt quando etſi non ſtringit manum, corde tamen & ore conſenſit.* Videbitur eſſe signum rei præteritæ significatæ per verba conſenſum exprimentia, quaſi verborum significati effectus ſubſequutus demonſtratiuus Sanchez, lib. 1. diſput. 22. num. 6. Baſil. lib. 2. cap. 11. n. 8. Igitur in caſu noſtro significabit iuxta verborum prolatorum significatum, & nihil amplius.

12 Idem dicito de teſtium ex citatione, ad id nimirũ, quod dictum, factum, prolatum vè fuit, quod deponentes in ſui examine, vti perceperunt, viderunt, & audierunt, optimo teſtium munere ſunt functi; & tantò maioris momenti eſt eorum dictum, quantò maiori ſolicitudine, vti proponitur, fuere excitati. Confeſsio tandem alterius contrahentis ſolius extra caſum de ſe habito cõſenſu minùs obſtat: quia præter quam quod nihil poteſt operari reſpectu actus præteriti; quia ſolus non in præſentia alterius contrahentis, teſtium, & Parochi, eam conſentiendo proponit nihil nouæ obligationis iterũ cõtrahẽdi matrimonij inducere exiſtimo, ex his quę notat Sãchez, lib. 1. diſp. 10. n. 5. & 19. quę hinc verificatur vir, enim nobilis, diues, & præclaro ſanguine; mulier humilis, & pauper.

& pãuper: Tûm etiam, quia in ordine ad validandũ matrimonium á ſe initum eam fecit confeſsionem fatendo ſe habuiſſe contrahendi conſenſum de præſenti, cui credendum minimè eſt, ſed ſolum ſtandum verbis à teſtibus, & Parocho perceptis & intellectis, & eorum ſignificato, cap. conſultationi, & ibi gloſ. verb. aſſertio, de ſponſalib. Sanchez, lib. 1. cap. 18. num. 4. Sicque fuit declaratum.

FINIS.